



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. LVII. de clausulis ponendis in litteris Indulgentiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

nam hic ponitur perpetuum pro sempiterno, quia perpetuum habet finem, multis motis, ut no. in l. 1. ff pro socio, & eternum est quod semper fuit & est erit, ut Deus, & sempiternum quod habuit principium, sed non definier, ut Anima, Angelus, servitus & diabolus, notabilis in I. eum debere ff. de servi Urb. præd. & sic capitur hic perpetuum, pro sempiterno quo usq; finiatur mundus. Camera tamen in hoc extenderet vires ultrageulan, iuxta signaturam Pape. Et ista regula non est danda: quia concernit tantum expeditionem litterarum, & non ponit decretum irritans.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

A Latisimè est interpretandum) Præsertim si motu proprio sit concessum Mole dan. decisi. 9. de Privileg. Multa de Indulgencij vide apud Rebuffi, in addit. Reg. Cancell. ad hanc Regulam, & Feli in tract. de Indulg. & passim Canonistas.

B Propter questores qui) Horum Quæstororum abusus merito sultulit S. Concl. Trid. in Sess. 21. c. 9. & sess. 25. c. 24. & seq. in quos etiam acriter invehitur D. Navar. tract. de Jubileo & Indulgen. notabilis 3. nu. 46. & Zerola in præxi Episcopali verbo questores ubi adducit resolutionem S. Congregationis hanc: Prae leemosinorum Questores, debent prohiberi non autem illi qui eleemosinas collectas impensis erogant: & subjicit eandem S. Congregationem resolvisse dari posselicitatem eleemosinas cum novem circumstantiis, de quibus ibi. Deniq; horum abusus Quæstorum etiam sublati in hac patria Leodiensi per statuta Synodalia Rudolphi Episcopi Leodien.

Argumenta in Regul. LVII.

- | | |
|---------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------|
| 1. Secundum privilegium non faciens mentionem priorum valet. | 3. Hac Regul. non est danda: quia concavit expeditionem litterarum. |
| 2. Indulgencia à quolibet novo Pontifice debet peti renovari. | 4. Per mortem concedentis non conferunt revocata indulgentia. |

Regula LVII. INNOCENTII VIII.

qua est LII. PAULI V.

DE CLAUSIS PONENDIS IN LITTERIS INDULG.

I Tem voluit quod in litteris indulgentiarum ponatur clausula quod si Ecclesia seu Cappella vel alias aliqua indulgentia fuerit per

per ipsum concessa de qua inibi specialis mentio facta non est, huiusmodi litteræ sint nullæ.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Ista Regula dicit, quod si Papa concedat aliquam indulgentiam alicui Ecclesie, vel capellæ debet poni in litteris bullarum quod si eisdem Ecclesie vel capelle aliqua alia indulgentia fuerit per ipsum concessa, quod littero predicta sint nullæ, nisi de ea aliqua specialis mentio facta sit in indulgentia, hoc dicit. Et ratio dubitandi potest esse quia secundum privilegium non faciens mentionem priorum privilegiorum non valet glos. in c. 1. de refut. & in aliis multis. Tamen Papa facit hoc propter deceptionem sibi factam: quia si sibi sufficeret facta mentio de alia indulgentia, forte istam non dedisset saltem non ita de facili, sufficiat c. postulasti de rescript. & notwithstanding est illud verbum hic positum ibi, per ipsum concessa &c Ex quo sequitur quod si Episcopus secundum c. cum ex eo de poe & re. concessit ibidem indulgentiam, vel alius Pontifex Romanus, & etiam si ibi non fiat mentio de illa, non valet ista secunda per verba huius Regule, & iurium superius allegatorum. Ideo est cautela quod à quolibet Pontifice novo petatur nova indulgentia, etiam non facta mentione alterius indulgentie, concessa ab alio Pontifice, vel ab aliis Pontificibus. Et ista non est de dandis: quia concernit expeditionem litterarum nec haber decretum irritans: quia ista clausula debet poni in litteris; tamen si non ponetur, puta in Cameris, non propterea esset nulla indulgentia praetextu huius Regule.

COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

AConcessa ab alio Pontifice). Nam tunc firmæ quoque remanebunt alterius Pontificis indulgentiae, cum per mortem concedentis non revocentur, 4
Inno. n. c. quod Translationem de offici leg. glo. in c. fin. de off. leg. destructo tamen loco cui conceduntur indulgentiae, censentur revocatae, Palud. in 4. distinct. 2. q. 4. col. 5. Vide Nicol. Garciam in suo tract. de ben. part. 5. c. 1. glo. 11. nu. 651. qui rectè annotat verba nostri Alphonsi supra Non valet ista secunda, vitiata esse, cum per errorēm irreperit negativa Non, ut ex serie glossematis constat. Plura de Indulgentijs, vide quæ succinctè & appositè scripsit D Jo. Franciscus Leonis Episcopus Theselinus p. 1. Thesauri fori Ecclesiast. c. 8. per tot.